



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

IV. Vt de redditibus Ecclesiae quatuor partes fiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

non ostiarius aduersus lectorem det accusationem aliquam, & non damnabitur præful, nisi in septuaginta duobus; neque præful summus a quoquam iudicabitur, quoniam his scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem nisi in quadraginta quatuor testimonia non damnabitur. Diaconus autem cardine constrictus vrbis Romæ, nisi in triginta sex, non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptum est) in septem testimonia filios & vxorem habentes, omnino Christum prædicantes, sicut datur mystica veritas.

CAPVT IV.

Commoneo autem vestrum consortes monimentum de redivibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, & quod primam partem exigat Ecclesia, vnam partem Pontifici cum fratribus releuandis, dimidiam Ecclesiæ, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, vel peregrinis constituit hunc ordinem, vt si quis de clero vel presbyteris vniuersi loci, quod commune est, transire de hoc mundo, & si neminem

thum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem, non laicus det accusationem aliquam. Et non damnabitur præful nisi in septuaginta duobus, neque præful summus a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem, nisi in quadraginta quatuor testimoniis non damnabitur. Diaconus autem cardine constructus vrbis, nisi in 36. non condēnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptum est) in septem testimoniis, filios & vxores habentes, & omnino Christum prædicantes. Sic datur mystica veritas.

CAPVT IV.

Commoneo autem vestrum consortes munimentum de redivibus Ecclesiæ quatuor partes fieri, & quarta pars exigatur ab Ecclesia, vnam partem Pontificum, fratribus dimidiam ad Ecclesias releuandas, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, & peregrinis. Constituit hunc ordinem, vt si quis de clero vel presbyteris vniuersi loci, quod cōmune est, transiret de hoc mundo, si neminem de sua generositate

ANNO
CHRISTI
314.

de sua generositate haberet consortem ; quidquid paupertas eius haberet, conferret Ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut dictum est.

CAPVT V.

Constituit etiam voce clara Siluester Episcopus vrbs Romæ, vt nemo presbyter chrisma conficeret, dicens, quoniam Christus a chrismate vocabitur.

CAPVT VI.

Vt diaconi non essent plus, vel amplius per parochiarum examen, nisi duo, & diaconi^s Cardinales vrbs Romæ septem: ita tamen, vt dalmaticis vteretur, & pallia linostmia laeuam eorum tegerent.

CAPVT VII.

Ita autem Siluester clara voce dicebat ad coepiscopos, vt a subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi essent diacono Cardinali vrbs Romæ, in Ecclesia honorem representans tantum, Pontifici vero presbyteri, subdiaconi, diaconi, acolythi, exorcista lectori in omni loco representans obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ, tantum Pontifici.

CAPVT VIII.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliqua præ-

Concil. Tom. 2.

haberet consortem, quidquid paupertas eius haberet, conferret Ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut supra dictum est.

CAPVT V.

Constituit enim clara voce Siluester Episcopus vrbs Romæ, vt nemo presbyter chrisma conficeret, diceret, quoniam Christus a chrismate vocatur.

CAPVT VI.

Et diaconi non essent plus nec amplius per parochiarum examen, nisi duo, & diacones Cardinales vrbs Romæ septem.

CAPVT VII.

Ita tamen Siluester clara voce dicebat ad coepiscopos, subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi essent diacono Cardinali vrbs Romæ, in Ecclesia representantes tantum. Pontifici vero presbyteri, diaconi, subdiacones, acolythi, exorcistas lectori in omni loco representantes obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ tantum Pontifici.

CAPVT VIII.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliquam præ-

V ij